



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**


**Coloniae Agrippinae, 1660**

Paradisus, Præmium Infinitum. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Satietas cum desiderio.

S. Bern. Quia videbit Deum ad voluntatem, habebit ad satis-  
med. c. 4. ptatem, fruetur ad jucunditatem. Videbit Deum sem-  
per eum gaudio, semper cum voluptate, semper con-  
flicitate. Quoniam delectabilis est Deum ad video-  
dum, suavis ad habendum, dulcis ad perfruendum: &  
S. Bern. ut totum in illo invenitur, quidquid desideratur. Quoniam  
sup. obrem hoc est totum bonum homini, noscere & amare  
Creatorem suum.



## PARADISUS,

*Præmium Infinitum.*

*Præmium infinitum, in unione cum Dio.*

S. Bern. Quia Præmium est videre Deum, vivere cum Di-  
med. c. 4. vovere de Deo, esse cum Deo, & esse in Deo, & intra Deum  
esse totum Deificatum, absorptum, & transformatum  
in Deum: participando de perfectionibus & attributis  
Dei, juxta capacitatem naturæ suæ, Graiae virtutem al-  
iutæ & elevatæ.

*Præmium infinitum, propter participationem  
Divinorum thesaurorum.*

S. Bern. loc. Quoniam parabunt tunc arcana Divinitatis: in fla-  
cit. illo Gloriarum aperiuntur absconditi Divinitatis thesauro,  
manifestabuntur attributa Divina, Divina elucebit pul-  
chritudo & decor, & totum id, quod modo de Deo celatur  
& latet sub fide, tunc patet & ostendetur in Glori-

O infinite Divinitatis thesaure, quando patebis? Beatus  
ille, qui te fruatur & gaudet in claritate cœlestis luminis,  
in splendoru vultus Divini.

## LVIII.

*Premium infinitum, in infinita pulchritudi-  
ne, & dulcedine Dei.*

Amor nil aliud est, quam boni & dulcis desiderium.  
Ethic Amor in nullo alio adiquato subiecto reperiatur, *S. Dionys.*  
nisi in infinita pulchritudine & dulcedine Dei. Quanta-  
cunque magna sit pulchritudo creata, & excrescat in  
immensem cursum dulcedo bonorum; nunquam  
extra Deum quietari poterit anima propter ipsum  
Deum creata.

## LIX.

*Premium infinitum, propter presentiam  
omnis boni in Deo.*

Beatis a Divina Majestatis presentia omnibus erit o- *S. Bern.*  
mnia. Erit communis omnibus Sapientia, Potestas, Iustitia,  
Intelligentia, & cætera attributa & perfectiones Dei,  
Deus omnia, erit omnibus omnia. *loc. cit.*

## LX.

*Premium infinitum, in infinitis meritis  
Christi.*

Præmium correspondet merito. Et quia nostra me-  
rita dependent ab infinitis meritis Christi, & cum ius-  
dem unita & conjuncta sunt, non qualecumque eis redi-  
ditur præmium; sed immensum & infinitum. Remu-  
netat Pater æternus merita nostra; at semper intuua  
meritorum Christi: Quâ de causa infinitum Deus  
elargitur præmium, quia infinitum  
Christus acquisivit me-  
ritum.

M 3

PARA